

# The Electronic Manipulus florum

## www.manipulusflorum.com

### Studium an cum fonte primo

Omnibus quidem prodest subinde  
animum relaxare; excitatur enim ocio  
uigor et omnis tristitia que  
continuacione studii pertinacis adducitur,  
feriarum ylaritate discutitur.

omnibus quidem prodest subinde  
animum relaxare – excitatur enim otio  
vigor et omnis tristitia, quae  
continuacione pertinacis studii adducitur,  
feriarum hilaritate discutitur – nulli  
tamen intermissio manifestius proderat:  
quotiens ex intervallo surrexerat, multo  
acrius violentius que dicebat; exultabat  
enim novato atque integro robore et  
tantum a se exprimebat, quantum  
concupierat.

Lucius Annaeus Seneca (Rhetor),  
*Controuersiae libri decem*, 1, praef., 15  
(L. Hakanson ed., pp.3-5, ll.30-32, 1-3).

Studia enim leuiter tacta delectant  
contrectata et propius admota fastidio  
sunt.

Seneca I. rethorice sue.

hoc habent scholasticorum  
studia: leviter tacta delectant,  
contrectata et propius admota fastidio  
sunt.

Lucius Annaeus Seneca (Rhetor),  
*Controuersiae libri decem*, 10, praef., 1  
(L. Hakanson ed., p.283, ll.6-7).